



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Contumacia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10447**

ibi Abb. & Covar. in c. conquesti, num:  
5. ver. 7.

Secundò, causa matrimonialis non  
potest compromitti laicis, ca. penul de  
in integ. rest. gl. in ca. de consang. & affi-  
nit. imò Con. de sponsal. 2. par. ca. 8. §:  
ult. num. 2. in fine, dubitat quòd nec  
potest compromitti in clericum ex vi  
compromissi, quando agitur de fœde-  
re matrimonij.

Tertiò, in causa electionis potest  
compromitti in unum tantum, ita  
Gem. in c. sicut, cum vers. quero quòd,  
& in ca. si cui, notab. 1. de elect. lib. 6.  
& sic etiam in præsentatione, quia elec-  
tio & præsentatio in hac pari passu  
ambulant, prout dictum est in 1. p. in  
vers. intrusus.

### CONTUMACIA.

Propter contumaciam, quilibet in re  
petiam levi contingentem, potest  
excommunicari, gl. in ca. duo, 96. dist.  
Panor. in ca. 1. de iud. & ibi Ripa n.  
29. & est communis, prout Cov. in c.  
alma mater, 1. par. §. 9. n. 3. Ratio est  
quia citatus, & non comparens con-  
temnit, & fit inobediens. D. Tho. 2.  
2. q. 105. art. 1. & sic, quando citatur  
aliquis à judice ecclesiastico etiam in  
relevi, si non comparet, potest excom-  
municari, tanquam inobediens, quia  
videtur contempnere.

### CESSIO BONORUM.

Dubium est, an cedens bonis tene-  
atur ad restitutionem si pervene-  
ti ad pingviorem fortunam? Respon-

detur succinctè primò, quod quando  
cessio fit cum ignominia, non tenetur:  
secundò, quando fit sine ignominia,  
dat juratoriam cautionem, de solven-  
do, si pervenerit ad meliorem frugem;  
tertiò, ad id tenetur in utroque foro:  
quartò, non tamen tantum quantum  
debebat unicuique, etiamsi ad pingvis-  
simam pervenit facultatem, quia illa  
cessio debet ei aliquid relevare: quin-  
tò, semper solutio, & restitutio debet  
fieri, remanente ei aliquo sufficienti ad  
vitam sustentandam decenter, ista ha-  
bes communiter glo. in c. Odoard. in  
ver. ad pingviorem, de solut: & ibi Host.  
& in Sum. tit. de cess. bon. Cov. l. 2. c. 1.  
n. 6. var. Azo. in Sum. l. 7. Codicis rub.  
71. & si fuisset excommunicatus pro-  
pter debitum facta cessione debet sta-  
tim absolviri, Sylvest. in ver. cedere.

### CONCILIUM.

Primò, an abbates, præpositi, & alij,  
petiam usum mitræ habentes, debe-  
ant præcedere capitulum in synodo  
provinciali, vel dicecesana?

Respondeatur decisivè, quòd non,  
quoniam capitulum præcedit collegi-  
aliter, id est, simul prout in choro, pro-  
cessione, & assistendo suo prælato,  
ita Io. de Selua tratt. de benef. 1. p. q.  
2: nu. 51. ex Gem. in cap. statutum, in  
princ. in §. quamquam in 3. notab. de  
presbyr. eod. lib. & ita fuit decisum in  
facto in Synodo diœcesana Neapolita-  
na celebrata sub Card. Alphōso Carafa  
sub an. 1565. die 9. Feb. f. 60. & etiā fuit  
respon-